

fandi tempora in potestate habent, quibus, omnem Aulam
vestram ab id genus consiliis deducant quae

Non sani esse hominis, non sanis juret Orestes
Tibi, Amice illustrissime nihil commendo, ne te
videas in viam aequi bonique revocare, quam
insistis tu quidem tuopte ingenio, paterno nimis
et auito. Experire, tamen, si commodum est, ecquid
haec schedula vel Regi exhibitae, aliqua nobis pro
ficere valeat, qui ut nosti, nihil ambimus, quam
quod ratione visum est, et humano denique dici
noque juri indignaque consentaneum. Vale meum
decus, et me ama. Lutetiae. III. Non. Quintil. CIOIICLXII

Tellerio et Leanae meae
singula exemplaria ejusdem
hujus epistolae Gallici mitto.
Ecquid illo commoti fuerint
an quod cupiam permoti, ex
te scire valde velim.

(485)

Briennaso.

Quam ad te schedulam S^t. Germani vernaculo sermone
scripsi, quattuor hujus, eam quid factum sit, aucto scire,
si forte non judicasti ex usu tuo vel meo fore
ut Ludovico XIV. exhibeatur, quare an hoc existi-
mas commodius, per Leanaam fieri posse, si sic
censes, neque adhuc ulli visa est mutato nomine
ipsi inscribetur, nisi quid tu, docte Trabat.

Ad Comitum de
Brienne.

Illustrissimo Comiti de Brienne

C. H. a. P. S. P.

(486)

Si per negotia quae te diuturne tractant, Vir Illustrissime
non vacat literulis meis respondere saltem haecenus
amico faue, et clienti, ut certior fiam quocumque
modo, an postremas omnium accepisti, scriptas
10^o. mensis et involutas quidem vili manuscu-
le, quod si benigne reddideris, qui
— Viri molles aditus ac tempora nosti
animotus perstet

Et mea dicta neget duras demittere in aures.
Nono et inexpectato nunc beneficio medicinis.
Extremam hanc oro veniam (miserere rogantis)
quam mihi si dederis cumulatam morte relinquam.
Vale Lut. Paris. XIV. Cal. Sept. CIOE. LXII.

Comiti.